

gaudeat privilegio veri depositi, hoc procedit in præjudicium tertii, non tamen inter easdem partes, & deponentem & depositarium; ita expressè distinguunt, & loquuntur Doctores omnes allegati, & infiniti alii quos in id congestit Tiraquel. *de retract. convent. §. 4. gloss. 6. à n. 14. cum seqq.* nam quoad ipsum depositarium virtute suæ confessionis, quæ veram numerationem probat, præfata doctrina non procedit, ita probant expressè text. in l. *Publica. §. ult. ff. de depositi, l. in contractibus, de non numerata pecunia.*

Quod maximè procedit in nostro casu, dum loquimur de deposito judiciali, cujus confessio de per se, & etiam abstracta à deposito, paratam executionem habere, nemini dubium est, l. *1. de confess. l. 1. C. eod. tit. l. post rem, ff. de re jud. l. 7. tit. 3. p. 3.* & ita ex supradictis libenter recede à limitatione Zuchard. siquidem ex assoluta doctrina, nec perpetua motus fuit, & ideo resolve in utroque casu, appellationi emissa à depositario deferendum non esse.

83 Secundo limitatur, seu declaratur, ut tunc non poterit à sequestro, seu deposito appellari; quando apparet sequestrarium acceptasse sequestrum; non tamen quando ipse depositarium negaverit, & aliter non apparet, qui tunc admittitur appellatio, ut in terminis loquitur, & declarat Marques. *de commissio. 1. p. c. 22. num. 33.* quo loci sequitur, quando creditor exequitur & in pignus capitur debitum sibi ab alio, qui constituitur sequester, & debiti depositarius; quia si negando debitum non acceptat munus, potest appellare, & in alia re executati fit executio.

84 Sed nunc quero, an factio sequestro alicujus rei apud depositarium, illam restituendam victoriam habenti in lite *justa clem. 1. de sequest. post. & l. licet §. rei deposita, ff. de depositi, & similibus*, super qua obtinuit aliquis executoriales, ut sibi res restituatur: aut depositarius possit appellare ab hoc executore tanquam excedente eum exequendo, cum in executorialibus expressè non contineatur: In quo minimè tali esse appellationi deferendum opinor, ad quod moveor extra supradicta; nam instrumentum depositi judicialis paratam habet executionem, quia factum est instrumentum in judicio, vel apud officium, fori & judicii calore & autoritate efficiente, executionem meretur, B. in l. *qui tale pactum, §. qui provocavit, ff. de pactis.* Ubi Paul. & Ill. num. 8. idem Bart. & Paul. l. *cum pro quo, de jus vocati.* Alex. in l. *divo Pio in princ. ff. de re jud. Afflict. decis. 387. n. 1.* ut scilicet; quando per viam contentio juris, fit non voluntaria, Bald. & Xuarz, quos allegat Parla. lib. 2. *rerum quotid. cap. fin. §. 10. princip. par.* & ideo cum dilatio apposta restitutioni fit per sententias executoriales purificata, & liquidata, contra eum executio locum habet.

85 Et probat, quòd in simili habetur in l. 1. *ff. judicatum solvi*, ubi fidejussor de judicato solvendo statim cedit dies obligationis, quòd res judicata fit, condemnatio sequuta, & virtute ejus sententiæ seu executorialium, per quam declaratur & liquidatur obligatio alteri quo novo processu, fit executio contra fidejudentem licet in sententia expressè non contineatur, nam cum ista obligatio facta apud pacta, dicatur appendix ipsius judicii, ita Odofred. in l. 2. *C. de usuris rei jud.* Guido de Suza, Guillel. de Cunis, & alii relati à Bald. in l. 2. *§. in fidejussorem, ff. qui satisd. cognat.* Peru. in d. l. 2. exactè Roder. Xuar. in repetitione l. *post rem, in decl. l. Reg. fol. 81.* Sed pone quæstionem quotidianam, ubi ex Bald. dicit in nu. 10. quòd ista obligatio opponitur ad soliditatem ipsius judicii, & sic erit pars intrinseca ipsius judicii, secundum quod ista sententia non meretur de per se sola executionem sed stipulatio judicatum solvi declarata per sententiam & sic illa juncta cum sententia est, quæ executionem habet, qui tunc per sententiam liquidatur, ut advertit, & idem Bald. in l. 1. ubi

etiam Angl. de Perusio, quæ quidem omnia faciunt ad propositum nostrum.

Deinde, & hoc est potissimum fundamentum, nam litigium est super hac re deposita, & sequestrata, quæ per sententiam à judice vincenti reddi jubetur, ad cuius mandatum debet restituere, ad l. *pen. C. de depositi. l. si oleum, ff. de dolo, l. 3. tit. 9. p. 3.* & ibi Gregor. & l. 5. tit. 3. p. 5. Alberic. in *dictionary in verbo sequestratio, l. licet §. rei deposita, ff. eod.* sed adversus quemlibet etiam tertium, in quem res litigiosa pervenit etiam non comprehensum in sententiam directa executio fit, l. 2. & l. *fin. C. de litigio, l. mater §. fin. de exceptione jud. l. si superatus, §. 1. ff. de pignorib. & nos latè infra à p. c. 8. à n. 168. cum seqq.* ergo adversus eum tanquam detentorem rei adeptæ lite pendente executio rectè procedat.

Cui convenit, quod dicit Bald. in l. *in fin. de bon. 89. auth. jud. possid. Abb. in c. 1. n. 1. de deposito.* Francisc. Curt. in *tract. de sequestro q. 26. n. 81. vol. 4.* ut depositariis quodcumque judicium visum fuerit ad petitionem partis, vel ex officio rationem exigere possit, maximè si causa propter quam fuit factum sequestrum cessaverit; quia eo ipso quòd remotio sequestri per judicem fiat, illis intimata, celesiter sequestrum restituere tenentur, ut latius probat Escobar *de ratiocin. cap. 6. à n. 85.* ubi ex Bald. Afflictio, & aliis firmat teneri ex illa intimatione, per quam in mora constituitur, ad interesse parti læsæ, & in terminis, quòd adversus hunc sequestrum executio locum habeat absque novo processu, probat Hieron. de Monte in *suis quæst. qu. 323.* quem referens sequitur Arimin. *Tepatus tom. 1. tit. de sequestris, fol. 331. col. 2. circa medium.*

Quod evidenter probatur, nam si obtinui contra te 94 executoriales, vel habeo instrumentum gurentigii ad præstandam rem, vel pecuniam; possum directò exequi depositarium, apud quem rem vel pecuniam deposuisti, licet ipse nihil mecum contraxerit, nec fuerit ad executoriales citatus, text. est in l. *à Divo Pio §. fi. ff. de re jud. Parlad. lib. 2. rerum quot. c. fin. §. 3. à n. 45.* ergo à fortiori potero exequi depositarium, qui rem meam tenet, & nomine mei victuri factum est depositum; & quia tertio, cui ex obligatione aliquod commodum resultat, executio competit adversus obligatum, ita ex aliis probat Parla. lib. 2. *rerum quotid. c. si 92 p. §. 1.* latè Gratian. in *discept. foren. c. 49. à n. 1. & n. 2. usque ad fin. & cap. 332. à princ. 10. 2. & nos alibi latius.*

Et quia licet contra tutorem vel administratorem alicujus, adversus quem decreta sunt exequenda executoriales, non possint in administratores dirigi directò, tamen si penes administratorem res sit, in quem 93 facienda est executio, & non exhibeat, potest omni juris rigore compelli, etiam per capturam personæ, ut exhibeat, ita ex pluribus probavimus *infra lib. 4. cap. 8. de excessu de persona ad personam, à numero 165. & sursum.*

Unum, & quod solet à DD. adnotari non omitam, 94 ut scilicet depositarius quilibet, vel apud quem res sequestratur; si à judice compellatur depositum restituere, quàm ei cui de jure tenebatur, ut possit, imò debeat iste depositarius appellare ab hac injusta compulsione, ad hoc ut possit liberari: quod ita procedit, ut quando talis justus esset notoriè injustus, quia tunc non excusaretur ab appellatione depositarius, quando vel est clarum mandatum judicis compellentis reddere depositum alteri, esse justum, à jureque approbatum, vel saltem est hoc sub dubio; quo stante pro judice præsumendum; tunc etsi depositarius ab eo non appellaverit, liberabitur depositarius, parendo ejus jussui, & obtemperando mandato, juxta l. *Imperatores, ff. ad municip. l. non videtur §. qui jussu, ff. de regul. juris, l. liberorum in fin. de iis qui not. infra.* quibus probatur solventem jussu judicis liberari, de quo articulo vide ad longum per Afflict. *decis. 150. n. 19.* Didac. Perez

in l. 1. tit. 16. lib. 3. ord. q. 15. colum. 1144. faciunt quæ Ripa in c. *si quando nu. 17. de rescripti.* & Gregor. Lopez in l. 5. tit. 15. p. 7. Orosius in l. *ut vim, n. 16. colum. 21. ff. de justitia & jure*, Paul. de Castro in l. 2. *ff. de judiciis.* Hippolyt. in *pract. crim. §. nunc vitandum, n. 41.* exactius de hoc articulo Azeved. in l. 3. tit. 9. *lib. recopil. à n. 17. & seqq.* & ultra eos id, loquendo in depositario judiciali, seu sequestro, dicunt ex Bart. in l. *mulier ff. de lege commissi.* & Guid. Papæ q. 340. & Francisc. Curt. *de sequest. q. 163.* Avend. in *dictionary verbo, fuerça, de qua quæst. vide latè 4. p. c. 7. à n. 51. cum seqq.*

95 Debitori autem cui judex jubet solvere debitum minus legitima personæ, quia cum tunc minimè liberetur, & tot, hic sit præjudicium justus & irreparabilis, appellationem ab eo omnes permittunt; ut videre est ex his quæ latè in unum congestit Greg. Lop. in l. 4. tit. 14. p. 5. gl. 4. & ultra Azeved. & Didacum Perez supra Guierrez *pract. q. lib. 1. q. 113.* & per Parla. lib. 2. *rerum quotid. c. fin. §. p. §. 17. à n. 7.* quando autem ad appellandum ipse debitor coactus necessarid tenetur, ut se liberet, eisdem Doctores lege, & quod ab hac compulsione, puta quando judex debet debitori solvere debitum minori sine curatore, tanquam legitimo gravamine liceat appellare, probat l. *ait prior, §. permittitur, ibi, nisi forte quasi adversus injuriam appellandum quis ei putet, & c. si de minor. circa quam vide latè per DD. citatos & præcipuè Greg. Lop. in d. gl. 3. & de hoc articulo latius dixi, post plurimos 4. p. c. 7. ad n. 151. cum seqq.*



CAPUT XVII.

A judice, cui à superiore appellationis semel causa (etiam tacitè) remissa est, ad ulteriora procedente in causa principali, appellationi emissa, vis an fiat haud deferendo, ubi an hodie stante Tridentini decreto, attribuent primam instantiam ordinariis; superior an valeat articulum committere cum clausula (una cum toto negotio principali) (quam & quas) & similibus.

SUMMARIUM.

1. Causa in prima instantia in aliquibus casibus jure communi Metropolitanis & Nuntiis est permissa.
2. Causa omnes in prima instantia sunt tractanda coram ordinariis, nec superiores possunt adiri, nisi per legitimam appellationem, ex Trid.
3. Causa ubi in prima instantia avocatur ab ordinario, casus violentie est legitimus.
4. Jurisdictionis defectus insanabilis, præstat causam appellandi.
5. Causa in prima instantia quando per superiore tractatur violentia decreti tertium genus datur in Senatu.
6. Judicem ordinarium Ecclesiasticum ex quibus rationibus dicit.
7. Superior ad quem declarans bene appellatum, & revocato gravamine an possit causam in prima instantia retinere, vel remittere ordinario.
8. Gravamine justificato per superiore invento potest causam retinere, aliter autem remittit inferiori.
9. Causa non devoluta vel malè appellata statim redit ad primum judicem.
10. Delegatus super gravamine incidente in prima instantia tum, an possit se intrinsece in negotio principali, quomodolibet gravamen declarari.
11. Appellatio limitata ab uno articulo separato, non devolvit totam causam.

12. Delegatus quòd possit de causa principali se intrinsece
13. Rescriptum interpretatur secundum jus.
14. De causa principali potest superior cognoscere, si à gravamine legitime appellatum reperitur.
15. Causa gravaminis appellatio quando committitur cum clausula (una cum toto negotio, quam & quas, & c.) operatur indistinctè principalis negotii revocationem.
16. Causa principali quando committi videtur eque principaliter cum causa gravaminis, potest de ea cognoscere delegatus quomodolibet, secus si accessorio.
17. A remissione negotii principalis facta per superiore inferiori appellatio non suspendit, quominus interim inferior queat validè procedere.
18. Etiam si judex inferior fuisset inhibitus, quia per remissionem totum amovetur impedimentum.
19. Causa statim redit ad inferiore, ubi superior declinat, non esse devolutam, vel malè appellatam. Et tunc virtus inhibitionis etiam expirat, ibid.
20. Remissio tacitè facta idem operatur quod expressa.
21. Etiam si ad sit inhibitio.
22. Etiam si ad sit desertio.
23. Remissio expressa non est necessaria, quando judex à quo non detulit appellationi, & seq.
24. Inhibitio accessoria, & ex causa appellationis tollitur sublata appellatione.
25. Absque remissione expressa inferior non potest procedere in causa, si appellationi denulerat.
26. Processus judicis à quo pendente appellatione à remissione tacita vel expressa pendit à futuro eventu.
27. Ab inhibitionis moderatione per quam remittitur causa alteri judici, appellatio non admittitur.
28. Inhibitione expedita per superiore cognoscemem de appellatione à tacita, vel expressa remissione causa inferior non potest interim validè procedere.
29. Trident. sess. 24. de reform. c. 10. concedens in prima instantia cognitionem superiori ob negligentiam ordinarii ipse prius requisito, declaratur.
30. Monitio trina an unica sufficiat, ut negligentia inferioris arguatur.
31. A tarditate & negligentia judicis in administranda justitia appellationi esse deferendum.
32. Negligentia & tarditatis gravamen post appellationem an inferior possit revocare.
33. Causa in prima instantia etiam per Sedem Apostolicam committitur ordinario.
34. Causa prima instantia in beneficiis reservatis tractatur in Romana Curia.
35. Causa in prima instantia an possit per superiore agi, si per judicem seu partium cavillationes, aut qualitatem causa stetit, quominus intra terminum Concilii terminetur.
36. Clausula (quam & quas) ejusdem nature & efficacia est, cujus clausula (una cum toto negotio, & c.) & qui de his clausulis sint videndi.
37. Et idem est de clausula (cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & connexis) de cujus materia qui videndi.

CUM Legatis, Nuntiis, Metropolitanis, & aliis superioribus judicibus à jure sit communi in prima instantia multoties cognitio permissa, eorumque (ordinariis omisiss) patitur sit subdici inhibicio concessa, sive per viam appellationis, sive querelæ avocationisve, ut notatur communiter per glossam & Doctores in cap. 1. ex toto tit. de off. legati in decretal. & in 6. exactè etiam per Doctorem Sahagun in explicatione horum titulorum de off. legati à princ. ubi multa refert, Covar. in *pract. q. c. 9. à princ.*

Sed hæc ita receptissima fuere usque ad novissimum sacri Concilii Tridentini decretum, in quo sess. 14. de reform. cap. 20. interdictum est omnibus superioribus, etiam Nuntiis Apostolicis, Metropolitanis, Legatisque

Legatisque de latere, quaslibet causas in prima instantia audire, sed in ea earum cognitio, & examinatio ad ordinarios locorum pertineat omnimodo, itaque omnes causas Ecclesiasticas ad forum Ecclesiasticum quomodocumque spectantes, etiam beneficiales experientas esse in prima instantia coram iudicibus ordinariis, terminandasque esse infra biennium connumerandum à die motæ litis: nec superiores iudices posse de eis cognoscere ante appellationem à diffinitiva, vel ab interlocutoria habente vim diffinitivam, vel continente gravamen per diffinitivam irreparabile, etiam ex mandato Apostolico, nisi urgenti & rationabili causa tale mandatum manu propria Romani Pontificis fuerit subscriptum, vel causa fuerit de eis, quæ secundum Canonicas sanctiones sunt tractanda apud Sedem Apostolicam, de quibus habetur in c. nec licuit, 17. d. & in c. majores, in princ. de baptismo, nec etiam Legatos de latere Nuntios, & alios quoscunque iudices quacunque facultate fulgentes posse in prædictis causis; quantumcumque gravissimis in prima instantia precipere, impedire, seu turbare jurisdictionem ordinariam, nisi prius fuerit requisitus ordinarius & negligens, ut & latius in eodem Tridentini decreto continetur.

3 Cujus in id rectè meminit Doctor Sahagum ubi proximo loco sub n. 14. Gondizalvus de Paz in praxi tom. 2. pralud. 11. ubi mirificè ad violentiam applicat, ut scilicet, si secus factum fuerit, & aliquis coram alio iudice non suo, hoc est, ordinatio, præterquam in prædictis casibus exceptis & permissis appellari poterit, & invocare protectionem Regiam, & auxilium violentiæ, eo quod violatur Concilii Tridentini decretum, hocque auxilium minimè huic oppresso denegandum est in supremis tribunalibus, cum isthac appellatio sit licita omnibus suis partibus constans: nam actus iudicis sine jurisdictione nulli sunt, quia nulla maior nullitas, nullus magis insanabilis defectus, quam jurisdictionis. Felin. in c. ea qua, col. 2. de re iudic. Alex. cons. 77. nu. 8. lib. 2. Anton. Corsetus in singulari verbo statuum, incipit, statuto cavetur. Bald. in l. generaliter col. 1. C. de Episc. & Cleric. Roma. consil. 42. & cons. 116. Paul. Castren. consil. 99. lib. 2. Hippol. in singul. 10. & in l. ult. n. 49. ff. de iuris. omnium iudic. Ludov. Gomez. in tract. utriusque signaturæ n. 75. Decius cons. 8. n. 6. Parisius cons. 45. n. 28. lib. 1. Covar. in pract. quest. lib. 2. n. 4. Vantius de null. tit. de nulli. ex defectu juris a princ. sed actus nullus quantumcumque aliàs privilegiatus executionem non meretur, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. ergo omnino superiores in prima instantia careant penitus jurisdictione, vim facient manifestam, aliquod decretum huic contrarium executioni mittentes, & ita posset hoc casu tertium genus violentiæ concedi, scilicet; reponendo lo hecho, y remittiendo la causa à quien della deva y pueda cognoscer, &c. non vim faciat, aliter autem vim adesse deserat, & reponat.

6 Proprium iudicem ordinarium alicujus illum dici, vel ratione originis, domicilii, vel beneficii, ut in c. si. de foro compet. vel ratione contractus, si ibi inveniatur, ut in c. dilecti eodem tit. & in c. Romana §. contrahentes de foro compet. in 6. vel ratione delicti, ut in c. cum sit generale, de foro compet. in decretal. vel ratione rei scitæ, petitur, ut in c. sanè eadem, quibus modis plures quis habere potest iudices ordinarios, sed coram uno tantum conveniendus reus est, quem actor ex eis elegerit, & qui præverit iudex per citationem, ordinarius erit in causa, ut in cap. proposuisti, de foro compet. ubi latè notant Doctores.

7 Circa quæ multoties dubitatum vidi, minus tamen digestum, an hodie stante dicto Tridentini decreto; superior ad quem, de aliquo gravamine incidenti super causa principali appellatum est, cognitio de causa invenit bene appellatum, & injustè gravatum; an possit causam principalem retinere, & avocare antea

quàm prima instantia coram ordinario finiatur, seu terminetur, sed ei omnino terminato gravaminis articulo, teneatur remittere. In quo affirmativè respondeo. Nam Tridentini decretum circa hoc nihil statuit, sed omisit illud juris communi depositioni, illud reservans illæsum, ita declaravit S. Congregatio Concilii super d. cap. 20. sub die 4. Augusti 1588. in hæc: quòd quando fuit appellatum à diffinitivæ vim habente, cuius gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, & gravamen fuerit iustificatum; tunc Concilium non disponere, an causa principalis remittenda sit ordinario; sed remanere in dispositione juris communis, & iterum super illis verbis Concilii, (& cuius gravamen per appellationem, &c.) ita decrevit; an iustificato coram Metropolitanò, nihil innovare Concil. Trident.

8 Illud autem jure communi inductum est, ut iudex ordinarius aditus per appellationem ab interlocutoria possit iustificata appellatione, causam principalem retinere, si autem injustam declaraverit, negotium principale ad inferiorem à quo redit, ita probat text. in c. ut debitus honor, de appell. exhibita de iudiciis, & notatur in c. de foro compet. in 6. & c. cum appellation. frivolis de appell. lib. 6. Covar. post alios in tract. q. c. 9. n. 1. & 5. conclus. & hoc etiam obiter tamen, citato Covar. retigit circa appellationem ab interlocutoria in curatis beneficiis Hieron. Gonzal. in regul. 8. de men. gl. 6. nu. 9 & tunc quando vel devolutum, vel malè appellatum statim causam redire ad primum iudicem, affirmant Specul. tit. de exeq. sentent. §. 1. n. 11. ubi Joan. Andr. Abb. in cap. pastoral. §. præterea num. 7. de off. delegati. Præpos. in d. c. ut debitus n. 10. Petrus Surd. decif. 175. num. 3. Lancelot. de attentat. 3. p. c. 12. lim. sub n. 28. & limit. 29. num. 1. Rota decif. 1. aliàs 138. si appelleretur de off. deleg. in novis. Scaccia de appell. q. 17. limit. 47. memb. 2. nu. 9. Marqueffa tract. de commiss. 2. p. c. 1. n. 40. Cinus in l. per hanc quest. 7. sub n. 11. C. de tempor. & repar. appell. Bart. in l. intra utilem, in princ. ff. de minor. & in l. 4. quest. 6. num. 10. ff. de appellat. Franch. in cap. accepta. 33. sub n. 1. de appellat. Decius in cap. ut debitus n. 7. 18. & 19. de appell. Guido Papæ tract. de appell. conc. 9. nu. 7. fol. 57. Scaccia ubi proxime memb. 3. n. 19. fol. 518. ex ea ratione, quia causa in prima instantia debet terminari coram iudice à quo.

10 Quid autem in delegatis ab eis sit dicendum, ad Reverendissimum Nuntium solet recurri per appellationem à gravamine, cuius cognitionem alteri ipse delegat, qui quidem delegatus multoties se intromittit in examinatione causæ principalis, & pro delatione abnegata, suprema tribunalia adhibentur per viam violentiæ, & actus aliàs in appellabiles arguunt advocati ex jurisdictionis defectu, in stantes hoc capite appellationem saltem fuisse licitam, & vim esse manifestam. Pro cuius claritate libet distinctè procedere, ut aut gravamen tantum, à quo fuit appellatum, delegatum est, & tunc sive iustum sive injustum declaraverit, ad inferiorem causæ principalis cognitio redit, ut per d. cap. ut debitus, & d. c. examinata, hanc firmavit post alios resolutionem Philipp. Franch. in d. c. ut debitus, n. 40. super gloss. penult. quæ illud innuit, iudicem, ad quem fuerit ab interlocutoria appellatum, teneri, eandem causam remittere ad iudicem à quo, ubi appellatio apparet injusta, erit remissio hujusmodi omnino necessaria, si inferior iudex appellationis detulerit, cap. cum appellat. frivolis, de appellat. l. 6. explicant Doctores, maxime Philipp. Franch. in d. c. ut debitus num. 42. sequutus gloss. ibi quæ idem docet hanc conclusionem firmat etiam doctissimus Præsul. Covar. in pract. d. c. 9. sub n. 5. vers. 1. conclusio.

At causa solet unà cum toto negotio principali committi, in quo suppono, quòd cum appellatio interposita devolvit illum solum articulum, super quo fuit interposita,

posita, ac ideo quando fuit appellatum ab uno articulo separato, jurisdictioni primi iudicis non suspenditur in tota causa, ita determinavit Rota dec. 436. nota actio. in antiq. & Besig. decif. 2. de causa poss. & propriet. Decius in c. bona nu. 19. de appellat. Doctores communiter in c. p. super eo primero de appellat. Sebast. Vantius de nullit. sententiarum ex defectu juris ordin. nu. 87. Parisius cons. 66. n. 8. volum. 1. quia appellatio ad unum articulum limitata, limitatum parit pariter effectum, & probatur in l. appellanti in princ. & ibi Bart. ff. de appellat. nisi modo, & forma superius dicta, quando legitima declaratur appellatio.

12 Et ideo iudex superior appellationem ab interlocutoria delegans, cum vult hæc pravenire committit examinationem gravaminis, una cum toto negotio principali, quod & rectè & jure procedit, quia hic delegatus non potest de causa principali cognoscere, si appellatio minimè iustificetur, & injusta detegatur, quia tunc, ea scilicet iustificata bene in ea valebit se intromittere, quia cum iudex appellationis ita demum cognoscit de ipsa, quando bene fuisse appellatum apparet ex supradictis, cum rescriptum & commissio debeat intelligi, & interpretari secundum jus commune, ad illudque referri, c. causam que, de rescriptis. Decius in c. ut debitus n. 18. & 19. not. 7. de appell. Vestrius in praxi lib. 3. cap. sub n. 11. qui in terminis hanc clausulam interpretantur Romanus cons. 392. in 2. dubio, statim citandi, hæc ita in ea tacite inest subintellesta dictio & interpretatio, ut possit de principali causa cognosci, si iustè & legitime fuisse appellatum, ita probant Fel. in d. c. causam que, de rescriptis n. 6. col. 7. in princ. vers. & dicit Rot. Præposit. in c. ut debitus n. 9. Decius nu. 6. de appell. Berol. familiaribus, q. 120. n. 8. Roman. in d. consil. 397. dub. 2. Carol. Ruinus cons. 114. Rota decif. 237. ordinaverunt in novis. Staphilus de literis gratia & iusti, fol. 271. Bellamera decif. 419. si auditori & decif. sequenti. Covar. in pract. q. 19. sub n. 5. vers. 2. conclusio (ubi reprobatur Franchum contrarium tenentem) idem etiam tenet Vanti. de nulli. sent. ex defectu juris ordin. nu. 65. Put. decif. 278. lib. 2. Petrus Surd. decif. 175. per totam, dicens sub n. 8. ut rescripta interpretantur secundum ordinem juris Alexand. cons. 98. vol. 5. Bufatus consil. 234. n. 21. Rota decif. 237. & quia potestas delegati regulariter à jurisdictione & potestate delegantis. Nos latè dicemus infra 4. p. cap. 4. per tot.

15 Hæc tamen conclusio fallit, quando fit commissio in Romana Curia cum prædicta clausula (una cum toto negotio principali) vel cum clausulis (quam & quas) de qua statim, quia tunc, indistinctè operatur retentionem causa in eadem Curia, non tamen fit ejus remissio ad iudicem à quo Marqueffa. de commissio. 1. p. de commissione appell. ab interlo. c. 22. n. 22. fol. 247. & p. 2. de commissio san. nullitat. c. 1. nu. 40. in fin. & seq. fol. 335. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 47. membro 7. num. 31. fol. 319.

16 Quando autem Princeps causam hujusmodi committit, & ex ejus commissionibus, verbisque apparet de Principis voluntate, causam gravaminis & principalem causam voluisset committere, quia tunc etiam injustè fuisse appellatum, beneque iudicatum, poterit delegatus de negotio principali cognoscere, quando, scilicet, causa principalis videatur commissæ aequè principaliter, non accessoriè, & modo, quo de jure accedebat causa appellationis, & ejus cognitioni, juxta l. 1. & 2. ff. de pecul. lega. & ex his quæ Bart. not. in l. Titia, §. nihil ff. de legat. 1. & optime explicat Ruinus consil. 114. lib. 4. col. 2. Covar. d. c. 9. sub n. 5. in 3. & 4. conclusio idem Sebast. Vantius in null. ex defectu juris ordin. d. nu. 65. Quintil. Mandof. in praxi commissionum forma 17. vers. uno cum toto negotio. Crocus cons. 27. per tot. Surd. d. decif. 175. sub n. 8. cuius redde exemplum, scilicet; quando Principis rescriptum non committit causam principalem

accessoriè unà cum toto negotio principali, &c. sed æquè principaliter, putà; cognoscat de causa appellationis à gravamine, & de toto negotio, & causa principali, ut declarant Doctores ipsi, præsertim Covarr. apud quem & Surdum alia rei huic attingentia, & circa avocationis materiam videre poteris latè.

Huic facilius cognosceretur questio, dubiumque nostrum principale, an iudex superior, quia malè appellatum vidit in articulo, illum remittit, nunquid iudex inferior possit non obstante appellatione à remissione hujusmodi; vel ab eo procedente interposita ad ulteriora in negotio procedere, absque reatu violentiæ, & attentati. In quo breviter affirmativè resolvendum esse arbitror, siquidem appellatione pendente à remissione causæ facta per iudicem ad quem, iudici à quo fuerat appellatum à gravamine, potest iudex à quo procedere ad ulteriora; sententiam ferendo, quæ & ejus processus valida reputantur, nec aliquid ex eis tanquam attentatum venit revocandum, ut notabilis est decif. Rotæ 1. aliàs 128. si appellatur de off. delegati in novis. postquam id ipsum notat Nicot. de Milis in suo repertorio, verba, iudex, à quo appellatum est, fol. 125. & melius multo hoc probat decif. Rotæ 66. aliàs 461. incipit: si appellatur de appellatione in antiq. idem etiam probat Lancelot. Robert. de attent. 2. p. cap. 12. lim. 26. n. 1. Marquess. tract. de commiss. c. 22. n. 31. post Abb. in cap. cum tua, de ordin. cognit.

Quæ doctrina in tantum vera est, ut pariter procedat, etiam quando hic iudex inferior fuisset à superiori illius interlocutoriæ appellationis virtute inhibitus, nam adhuc facta sibi remissione per iudicem illi inhibentem, quia per remissionem censetur simul inhibito, & omne impedimentum sublaturam, ut ex eisdem duabus decisionibus Rotæ tenet idem Lancelot. supra 2. p. cap. 29. limit. 2. num. 15. Mandof. in tract. de inhibitionibus quest. 36.

Et facit, quia ubi iudex appellationis declarat appellationem non devolvere, vel malè appellatum, statim causa redit ad primum iudicem, ut voluit Speculator in tit. de executione sententia, §. 1. n. 11. & ibi Joann. And. Abb. in pastoralis §. præterea num. 7. de off. delegati. Præpos. in c. ut debitus num. 10. de appellat. Surtus decif. 175. n. 3. qui ex Præposito nu. 9. dicit hoc ita procedere, etiam si prius appellationis iudex inhibuisset, quia virtus inhibitionis expirat, sequuta illa declaratione, tenent etiam alii statim citandi.

Et horum ultimo loco relatorum Doctorum præfatam doctrinam potes extendere, & amplificare, ut non solum habeat locum in hujusmodi remissione expressè, & verbaliter facta, simul cum declaratione appellationis illicitæ; sed etiam in tacita remissione, nam quando secundum terminos d. c. ut debitus honor est inventa & declarata appellatio legitima debuisset ad inferiorem remitti ut dixi superius, nam etiam tunc potest non obstantibus inhibitione, & appellatione in causa ad ulteriora inferior procedere, ut ultra modò citatos auctores ita notabiliter habetur per Rotam decif. 2. aliàs 11. fuit dubitatum, in additione vers. sed ita oritur subdubitatio ad appellat. in novis. Ultra quos expressè hanc declarationem, & appellationem adducit Lancelot. de attent. 2. p. c. 20. de attent. post inhib. limit. 3. n. 3. quæ declaratio, & extensio eo ulque procedit, ut locum habeat, quando appellatio fuisset deserta, quia etiam tunc negotium devolvit ad primum iudicem, ut inquit Bald. in l. eos, n. 7. C. de appellat. Berol. in questio. famil. 120. n. 5. Petrus Surd. d. decif. 175. n. 4. & ipse iterum in consil. 139. nu. 11. & hoc modo sunt intelligendæ doctrinæ & Doctores asseverantes, ut inferior non possit se intromittere de negotio, postquam superior in eum manum imposuit.

Quoniam eo ipso quòd iudex à quo non detulit appellationem, sufficit, quòd duntaxat declaratur malè appella-